



Biogr. erud.

D. 2012.

~~Vitt. Eulfring~~
~~2475~~
~~Post. 1. 1644~~

I
N
m
ue
de
di



C
o

INNVP TI=

AS CLARISSIMI VIRI D. CASPA

ris Agricolaë Oppenheimij, Juris utriusq;

Doctoris & Professoris in schola Hei

delbergensi publici &c. ac ornatif

sime uirginis Margarethæ Ste

phane Francofordianæ,

Carmina.



HEYDELBERGAE EXCV

DEBAT IOHANNES

MAYER ANNO

M. D. LXV.

6073

GAMELIVM IN NVPTIAS

D. CASPARI AGRICOLAE OPPEN-

hemij Iurisconsulti. V. C. & Margaritæ

Stephanæ puellæ lectissime.

ERGO aderit iuanda dies, qua munere summi
Numinis optato tandem potietur amore
Cassarus legum interpres, prudentia sacri
Cui Iuris famam & decus indelebile gignit.
Quid sibi mens optare hominis maius melius ue
Possit, dum misere hoc, quodcumq; est, degitur cui,
Quam si diuinis parentem legibus una
Oblectet, sacro quæ sit tibi foedere lecti
Auspice iuncta Deo, castisque amplexibus unum
Refficiat grato deuinctum uulnere amoris.
Sumere nunc citharam, & castos cantare hymeneos
Fert animus, positis cum sollicitudine curis.
Tuq; adeo puri caussam & primordia amoris,
Quo pulcram tenere Cassarus Margaritam ardet,
Diua refer nobis Erato, dum flumina Nicri
Linquimus, ac Rheni petimus uada cæcæ propter
Vrbem, quæ castæ genuit sua gaudia sponsæ.

Numen adest rebus, cuius stant omnia nutu,
Numen quod cæli terræque marisque gubernat
Immensam nauim. Non hoc sine numine quidquam
Tantillum geritur. Cuncta uno a numine pendent.
Præcipue humanum genus obseruatque fouetq;
Et uigili cura complectitur. Idque nocari

Non

Non
Cre
Nu
Cui
Qu
Dili
Qui
Eius
Accl
Vol
Atq;
Non
Hau
Iugi
Con
Perp
Exsu
Hoc
Ergo
Affic
Inqu
Is ue
Cura
Hoc
Vise
Coro
Cele
Dini

AS
N
mm
ui
os
pter
m,
am
nt.
Non

Non fas in dubium est. nam sacris si monumentis
Credimus, oraculisque Dei, genus hoc simulacrum
Numinis æterni planeq; illustris imago est,
Cui Deus in seuit cælestis particulam auræ.
Quod si hominum gentem rerum moderator & auctor
Diligit & cura patria fouet atque tuetur:
Quid mirum, curæ est illi si fons & origo
Eiusdem generis? qualis scatet unda perennis
Accliu e toso, in silices & murmare leni
Voluitur. exilis primum, mox se auctat cundo,
Atq; illi non riuulus udo tempore brumæ,
Non etiam feruente aresat sidere cancri:
Haud aliter nostri fluius pulcerimus ortus
Iugz fonte scatet, castis e legibus almi
Coniugij, quod nos mortali semine cretos
Perpetuat, letique ualentem, uindicis instar,
Exsuperat dextram. Mors pro sternitq; rapitque:
Hoc ope præsentî iuuat, instauratque genendo.
Ergo hominum cura numen cæleste fatemur
Affia: & hoc homines quisquam ignorante putabit
Inque uenire manum, & genitali foedere iungi?
Is uero Anticyram petat. Hac non dignior ulla
Cura Deo est, non que eius opem desideret æque.
Hoc duce cum patriam sponsus, carosq; penates
Viseret, in uacuo cui sancta modestia lecto
Cordi antehac fuerat: placuit castissima regi
Cælestum pietas. utque hæc non muneris expers
Diuini foreti, insignem præstantibus illi

Et thalamū subiit leges, & frena momordit.
Rerum magne parens ades, & connubia firma.

Sume marita libens Cydonia mala, pudicis
Moribus & placidis oris ne gratia desit.

Alma Venus Pitho comitem optat suauiloquentem.

Tu quoq; sponse pari cōplectere amore maritam
Et Venerem Charites circumstant, Aglaïeque
Et blanda Euphrosyne, & festa cum fronde Thalea.

Rerum magne parens ades & connubia firma.

Purpureas Aglaia rosas pulcerrima gestat,
Euphrosyne astragalum, frondes formosa Thalea
Myrti. Fecundæ Veneri gratissima myrtus.

Pulcer flos rosa. Sic casto nil pulcrius igne,
Qui quæcumque tulit sors, iucunda, aspera, perferit
Cottidie augescens, Veneris ceu germinat arbor.

Rerum magne parens ades, & connubia firma.

Margaridum sponso magnis in rebus egebit
Patria, tu studio feruente domestica cures.
Elidis hoc uoluit Diua insistens domiportæ.

At tu consilijs patriam bone sponse iuuato,
Quod facis: Vt par sit laus & par gloria utrique,
Illi, dum priuata: tibi, dum publica tractas.

Rerum magne parens ades, & connubia firma.

Margaritum fuluo quamquam pretiosius auro,
Purius argento, modico liquefat aceto.

Aurea uos inter uigeat concordia, ne quo
Dissidio languescat amoris sancta uoluptas:

Quale dec? speculi, gemis quod splendet & auro.

At non

At non respondet simili specie atq; colore:

Talis sponsa uiro est formaq; opibusque superba.

Sed non et studijs et moribus illius apta.

Rerum magne parens ades, et connubia firma.

Quid possit melius uel quid iucundius esse

Quid ue optabilius, quam certo ut foedere uiuant

Femina uirque? irrupta sacro quos copula nexu

Contineat, nullis umquam soluenda querelis?

Qualibus in tenebris, et quantis degitur æuum

Aerumnis, ubi non genialis gaudia lectus

Sufficit, et liatos diuino munere lusus,

Sed uita exigitur uiduos transmissa per annos?

Rerum magne parens ades, et connubia firma.

O formosa puella, suis quam dotibus omnes

Exornant Charites, age nunc adesque paternas

Aequalesque animo dilectas desere nupta

Desere nupta libens, tectisque assuesce maritis.

Felix coniugio lecto clarissime sponse,

Cui nuptum datur hæc tali uirtute puella,

Quæ desideria et castos inspirat amores.

Blandis ex oculis et purpureis tibi malis.

Rerum magne parens ades, et connubia firma.

Tuque etiam felix o Margari pulcra marito,

Cuius erat columen patriæ pater, et ueneranda

Canicie insignis, populo qui legibus æquis

Iura dabat, fasces cum maiestate gerebat,

Quo tot sunt nati præstantia pectora fratres.

Rerum magne parens ades, et connubia firma,

A iij.

Da nup

Da nuptaeque uiroque torida pignora cara,
Pignora cara tori referant quae fronte parentes,
Sic patrem, ut pulchrae sit plurima matris imago.
Rerum magne parens ades, & connubia firma.

Fac nuptaeque uirique animus fac ignibus equis
Flagret. amore sui ceu turtur comparis ardet,
Flagret perpetuum, ueniat dum sera senecta.
Rerum magne parens ades & connubia firma
Da nuptaeque uiroque manu da diuite honorum
Quod satis est, & opum, quibus expectata fruatur
Natorum series, series & sera nepotum.
Rerum magne parens ades, & connubia firma.

Johannes Leuvenfla

faciebat.

IN NVPTIAS C. V. D. CASPARIS

Agricolæ Oppenheimij, iureconsulti &c, &

lectissimæ uirginis Margarethæ Ste-

phane Francofordianæ,

Schediasma

INtermissa diu, uarijsque coërata curis

Huc ades, & fausto succede camœna labori,

Nostra, neq; ornatas nimium reuerere sorores.

Nunc illæ totis effusæ in gaudia certant

Mentibus, & letis concentibus æthera rumpunt,

Felices tædæ sponsum sponsamq; canentes.

Tu quoq; uel longo tandem post tempore frontem

Explana, sociamq; hilari te iungito turbæ.

Pauca tibi ad iuanda mei connubia amici

Carmina sunt dicenda. Negem tibi carmina, sponse,

Ambiguum, aut rudibus deducam rectius orsis,

Nimirum (ut perhibent) ululam missurus Athenas.

Nam quæ uirtutum sint ornamenta tuarum,

Quæ probitas, doctrina, fides, quis candor, & equi

Quod studium quantumq; boni, quam comis amicis,

Quantum præsidium sis huic patriæq; scholæque,

Quæque adeo toti comitetur gratia uitæ:

Tum tibi quæ lecta niteant in uirgine dotes,

Quis morum formæq; decor, quam rara uenustas:

Doctis cuncta reor iam decantata poëtis,

Fœdus amicitiae tibi quos laudabile iunxit.

Iamquæ dies aliquis festos, hilarèsq; hymeneos,

Ornatumq; omnem, pompamq; & gaudia cepti

A S. Coniugij

Coniugij uates arguto carmine lusit.
Nos paruis tenuare modis præclara ueremur,
Nec tempestiuè rebus iuuenemur in istis.

Tu quæ coniugij casti moderator & auspex
Vnicus, æterna pro maiestate colendus,
Commoda, quos fructus clemens monstrauerit autor,
Et quem felicis cursum promiserit æui,
Scis equidem, scis ipse : neq; hinc te discere posco.
Nostra legens tamen hæc numeris adstricta Latinis
Ut liquit, libris tibi deproperataq; sacris,
Agnosces studium uerè gratantis amici,
Et diuina pia recoles oracula mente.

Nec uiduam uoluit solum sine compare uitam
Exigere Omnipotens, postquam de puluere terræ
Formatum effigie propria ditauit Adamum :
Nec soãam bruto pecoris sibi querere more,
Cetera cum speciem generatim cuncta propagent,
Sufficiantq; suam pro sese animalia prolem :
Arctius humano generi, penitusq; sacratum
Composuit fœdus, castoq; instruxit amore,
Costigenam cum terrigenæ coniungeret Euam.
Est aliquid prolis sese oblectare suauis
Obtutu, uiuos proprioque è corpore fructus
Perapere, inq; suo post funera uiuere fœtu,
Accertam longæ spem posteritatis habere :
Quando prima nefas damnauit tempora letho.
Non tamen hunc unum genitor celestis in usum
Coniugij leges & pacta iugalia sanxit.

Maxima

Maxima mortalis uel sic solatia uitæ
Maius adhuc munus, longeq; augustius illa
Imposuit, fructu multò uberiore repensum.
Se uera pietate coli, se luminis huius
Autorem, uitæ largitorémq; perennis,
Condito ad hoc ipsum celebrari semper in orbe
Cùm uellet DEVS: ista suæ præconia laudis
Nactò consortem studij mandauit Adamo:
Vnde ea posteritas longo ordine discretet omnis,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis,
Dum Solem polus & rutilantia sidera uoluet.
Hæc sunt uera DEO grati primordia coetus,
Quem pius adscita referens uxore maritus
Eduat natos regna in cælestia dues:
Sic instar templi domus est: fidiq; ministri
Ipse uicem subit, & sociam, prolemq; futura
Aspurare iubet uitæ, tum religionis
Vera rudimenta, & rectæ pietatis amorem
A tenero inculcat fidis hortatibus ungui.
Hoc à principio lentis per secula creuit
Augmentis, toto seseq; Ecclesia mundo
Diffudit, Satanâque licet frendente uigebit:
Donec completa fluxi uertigine cæli
Ipse suos CHRISTVS terram & sua funera passos
Colliget, & uerbis maiora ad gaudia raptos
In bene fundata fidissimus Vrbe locabit.

Iam quo nos pater omnipotens complexus amor
Natorum foueat numero, tueatur, & ornet,

Que

Quæq; in eo nobis fiducia debeat esse:
Perspicua ut trepidas firmaret tessera mentes,
Maxima coniugio nostræ argumenta salutis
Intexens, promissa dato quasi pignore firmat,
Anne parens sobolem blandis complexibus arctans,
Sauda uel balbis præcordia uocibus explens,
Se superare DEVM natos contendet amando?
Aut cum grata suæ præbet munuscula proli,
Et studium recti donis exsusatit ultrò:
Celestem nobis multo potior a parentem
Largiri, placatisq; reponere præmia factis
Addubitet? uel cum ferulæue, minisue coërcet
Procliuem in uitium, propter delictaue duro
Verbere castigat, premit alto corde paternum
(Vultu iram simulans, uerbisq; insensus) amore:
Se magis esse DEO male sanus iudicet æquum?

Nec mihi nunc animus aucta est comprehendere
Quæ nos casta monent sociati fœdera lecti. (uerbis,
Grande sacramentum, nulliq; ignota piorum
Et nulli noscenda malo mysteria nosti.
Quæ sit cum membris capitis coniunctio CHRISTI,
Quantum diuinus miseros dilexerit ardor,
Cum maculas fuso Seruator sanguine nostras
kluit, insontiq; aboleuit nostra cruore
lagitia : ut mundos, atq; omni labe carentes
listeret offensæ iam non memori genitori:
t apud ipse suum per singula membra uigorem
idat, & æterna uinctos compage coarctet.

Omnia

Omnia coniugio representata fideli
Ante oculos nobis coram penitusq; tuenda
Disposuit: Satane ne fæda obliuio fraude
Ex animis nostræ deleret sola salutis
Prināpia & CHRISTI nos deturbaret amore.

Ergo, qui iustis iungunt connubia ceptis,
Æternæ iam nunc meditantur gaudia uitæ
Quotidie, inq; schola ueræ pietatis aluntur.

Cætera quid memorem uitæ promissa maritæ
Commoda, nec cuiquam non illa impleta bonorum.
Quid memorandum æquè iactet uitæ status expers
Coniugis? aut quem non hæc copia commoditatum
Viuerè pelliciat sub conditione iugali?

Non ego diffiteor contentos coelibe uitas,
Aduersis multis, & curis posse uacare,
Nec tam crebra illis quandoque molesta ferendum.
Sed genus hoc hominum (nisi quos celata libido,
Atque animi simulata quies, & inania rerum
Nomina commendant) nec ab omni parte beatum,
Et rarum liquet esse: quibus DEVS hoc dedit, euge.
Te non peniteat sociam legisse cubilis,
Quæ leuet ærumnas, curasq; ex parte relaxet,
Gaudia quæ solidè tua gaudeat. Vt tolerandæ
Res inter duras alternaq; gaudia uitæ
Sit comes euentus in utrosq; parata marito.
Quid, si pauca pijs comitant incommoda pactis?
Scilicet hoc poscas, ut conditione solutus
Humana, solus secretis dulcia amaris

Delibes

Helibes, nullasq; uices tua fabula sumat?
Nescio, an exitiam non uerum est poscere sortem?
Tuiue, inquam, sodes, curarum & coniugis expers?
Non equidem dices male solis esse maritis.
Regens mordaci cum solitudine coelebs.
Spse DEVS letis uinclorum incommoda pensat
Sastorum: & fore iusta sibi connubia curæ
Allicitus, faustis dexter successibus ornat,
Etq; à se tali tegit in statione locatos. (TO.
Quil nō tētandū CHRISTO duce, & auspice CHRIS
L Hæc fat erat, nimumue etiam cecinisse Xylan
Aam tibi nota tuas cultissime Cassar ad aures. (drū
Pacirco propius iam teq; tuamq; saluto.
V Intacta quanquam uoluit de uirgine nasci,
(Non nisi desponsa uoluit de uirgine nasci
S omnipotens summi Sermo patris. hoc quoque sacri
uxit coniugij decus haud effabile laudes.
Qunc precor, hæc ut uestra suo connubia nutu
Grosperet, utq; malis defendat ab omnibus oro.
Et ic erit, & non uana fides presagia sentit.
Q Cuncta creata suum solerter munus obire
Q omnipotens iussit. Parent his legibus æquē
u mnia. Sol lucem promit mortalibus almam,
luustrant gelidas cum Luna Sidera noctes,
lauctus terra suas ut fundat diuite cornu.
ist ueq; labore sibi parat aptum bestia pastum:
tuidquid id est, nihil absq; DEI bonitate fouetur.
id e homines nutrit, illi mortalia curæ.

Nec

Nec
Que
Præ

Sobr
Lati
Orna
Lati
Dilu
Sic e

Et d
Inge
Assi
Amb

Mat
Suc
Sic

Qu
Exc
Ma

Tu
Sec
Cer

Ma
Ho
Vi
No

Nec uos neglexit. neq; nostrum est dicere uestri
Que sint officij, uel que speranda laborum
Premia. Præclaris incumbere pergite ceptis.

Qui facili iussu lymphas in uina redegit,
Sobria deficerent festas ne pocula mensas
Leticiaë dator, hoc ritus donoq; iugales
Ornauit præsens: mitis precoris quoq; uestro
Leticiam instillet, mansuraq; gaudia potu,
Diluat & quidquid uitæ feret usus acerbi.
Sic erit, & non uana fides præsentia sentit.

Idem uitali faciat uos prole parentes,
Et det Casparidas, det Margaridasq; precamur,
Ingenio uobis, & moribus, atq; decore
Assimiles. calidos oblectent suauiter annos
Amborum, & ludus sint, & dulcissima cura,
Maturæq; olim solatia firma senectæ,
Succedantq; annis uestra in uestigia plenis.
Sic erit, & non uana fides præsentia sentit.
Quid moror? optamus uiuat tua sponsa Rebeccæ
Exemplum, obsequijs Sarâmq; imitetur honestis,
Matronisq; decus magnum nostratibus addat.
Tu quoq; felicem te sponso sponse maritam
Securo finis deinceps tractabis amore,
Certatim assuetis ut flagrent pectora flammis,
Muniat irruptos felix concordia nexus.
Hoc unum tibi deërat adhuc. & sæpe querentes
Viueret te solum socia sine coniuge amicos
Non hoc debentem patriæq; tuisq; tibi que

Audisti.

Audisti. nunc leta dies, multisq; petita
Illuxit tandem, & uerò letissima uotis.
Hâc imperfectum tenus, haud paruaq; carentem
Parte tui, nunc integrum gratamur ouantes,
Votorumq; rei serimus tibi dona libenter.

Xylandri.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Bi

Biogr. erud. J. 2012

